Idem inter se Intercisam Roborat

spectat mediante semper in primo citationis Termino tanquam
peremptorio stare Juri parere respondere vadium praetactum luere
Inscriptioni huic satisfacere ac omne Judicatum pati debebit ac tenebit
seq ac suos successores ad eadem omnia obligat eundem Terminum primum pe-
remptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem Terminos semper
peremptorios vera infirmitate pro maiori minorenitate successionis le-
gitime intra vel extra Regnum servitio militari ad munimentum
adquietorum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis
non differendo ad quietorum ultra proximos Terminos officii
praefati Castrensis Praemisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque rationes
appellationes earumque prosequutiones facientes ac praemissa omnia praemissis simpli-
cibus vel Triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Juris
praesentis Tri bello conventionesque tum aliis quibusvis Juris reme-
diis ac defensis non subterfugiendo hac sua praesenti personali reco-
gnitione ad praemissa omnia mediante.

1633 Actum in Castro Praemi-
sliensi Feria Quarta intra
4/VII Octavas Festi Sacratissimi Cor-
poris Christi Anno Domini
Millesimo Sexcentesimo Tri-
gesimo Tertio.

Dunikowskich Coiugum Adiutalitas

Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus
Castrensibus Capitaneatibus Praemissis Generosi Samuel
Dunikowski de Orsko ex una et Zophia de Grabina
Coniuges Legitimi sani mentibus et corporibus existentes a
[illegible] Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis
et competentibus recedendo huic autem Jurisdictioni Castrensis Prae-
misliensis quoad actum praesentem attinet secum successoribus bonisque suis

generali

omnibus plenaria et sufficientem satisfactione) cedit et condescendit omnesque et integrum
ius suum praemissorum omnium in personam eiusdem Generosi Cessionarii sui et ipsius proprium
totaliter et plenarie transfudit transtulit et incorporavit prout praesentem transfert
transfundit et incorporat perpetuo. Per ipsum Generosum Cessionarium suum et
ipsius posteros hoc idem ius cessum praemissorum omnium cum Universis beneficiis
et praerogativis tenendi habendi possidendi summam praefatam tollendi levandi
percipiendi de levata ac percepta quietandi ac pro ea si non fuerit soluta iure agendi
praemissaque omnia et singula tanquam sua propria ad suos suorumque successorum
quoslibet beneplacitos usus libere convertendi perpetuis temporibus Jure figere
praefati iuris originalis sibi regnanti ad praemissa sentiendi ea omnia latius in se com-
plectentis et praesentis inscriptionis cessionem et condescendentem.

G. Kossowski Magco Marsalco Regni Ro-
borat Intercisam.

Comparens pro Coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitaneatibus Praemissis Generosus
Samuel Kossowski de Glogowa sanus mente et corpore existens a Terris
distributis iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens
huic autem iurisdictioni officii praesentis Castrensis Praemissis quoad actum praesentem
attinet secum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie
incorporavit atque subiicientem palam libere publice ac per expressum recognoscendo.
Quia ipse se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis
pecuniis habitis et habendis Illustri et Magco Lucae de Bnin Opalinski
supremo Regni Marsalco Lezaysceni Odolanensi Lotiscensi et Capnico ac eius
posteris inscribit et obligat. Intercisam certam inter eundem Illustrem et Magcum
Marsalcum Regni ab Tina et se regentem partem ab altera de actu et data
in oppido Lezeysko in vigilia Festi Nativitatis Sancti Joannis Baptistae
Anno praesenti Confectam manibus eiusdem Illustris et Magci Marsalci Regni
ac sua regentis subscriptam et sigillatam vadio viginti Quatuor millium
florenorum polonicorum firmatam in omnibus et singulis eiusdem intercisae conditionibus pun-
ctis clausulis articulis vadio ligamentisque et nexibus generaliter Universis tam
in toto quam in parte suo pro interesse firmiter tenere complere exequi ac in-
violatum observare omnibusque et singulis illius contentis tenentibus quoque opus
fuerit satisfacere praefatam intercisam ad inscriptionem praesentem et inscriptionem
praesentem ad praedictam intercisam vicissim in toto referendo. Idque